



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

2. Honestam, non indifferentem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

bonum, prævalere, observandumque esse prius. Vnde vides in exemplo de famulatu in Hospitali, heri promissio, & de auditione Confessionum promissio hodie, quia certum est auditionem esse meliorem famulatu, consequenter dicendum fore auditionem esse eligendam non famulatum. Ita quidem Sanchez, & Ratio est (inquit) tum quia illud votum, v. g. serviendi in Hospitali non valet, quia est impeditivum majoris boni; tum quia concurrentibus duobus præceptis gravius est observandum; cum ergo in casu nostro concurrant duo vota, quæ sunt præcepta privata, gravius, seu melius est observandum.

6. Verum, huic doctrinæ non acquiesco: quia semper prævalet, ut dictum est, prior obligatio, quæ certo possidet contra secundam promissionem. At primam rationem in contrarium respondeo, ex ipso Sanchez lib. 4. in Dec. cap. 8. num. 40. qui tradit hanc regulam: Quando votum includit aliquid bonum, v. g. statum Religionis laxioris, quod est sufficiens ipsius voti materia, quamvis illud perfectiora bona excludat, v. g. excludat statum Religionis strictioris validum est, quia materia illa promissa, v. g. perseverantia in dicta laxiore Religione est sufficiens voti materia respectu status imperfectioris, quem tum vovens habebat, qui est esse in sæculo, atque est res consilij. Esse igitur impeditivum majoris boni, quod invalidat votum, non esse impeditivum boni majoris cujuscumque, sic enim nulla feret vota valerent, cum semper sit invenire majus aliud bonum, quam sit votum factum: Sed est esse impeditivum majoris boni, quod vovens habet tunc, cum voverit, ut si quis dum est Religiosus in Religione observanti, velle vovere aliam non observantem. Hac doctrina ipsius Sanchez posita, sic sublimo, & servire hospitali non est impeditivum majoris boni, quod habet vovens tunc cum voverit, melius enim est servire, quam otiosum esse, ergo validum erit votum, licet sit impeditivum auditionis Confessionum: sicuti erat Religioso laxior impeditiva strictioris, si ergo est validum, quo modo à superveniente promissione invalidari poterit? Non ergo interim, cessaret votum, si superveniret argens necessitas, sive corporalis sive spiritualis, ut infra dicitur, & iterum non nego posse ipsum voventem, si velit, prius votum famulatus, commutare in auditionem confessionum, ut potest in melius bonum, secundum communem doctrinam asserentem licere cuique suum votum commutare in melius, Deoque gratius, solum assero valere illud prius votum.

7. Ad secundam rationem, neganda est minor argumenti: Falsum enim est concurrere duo vota, prius enim solum est verum votum, quod obligationem sine impedimento in vovente peperit; posterius verò, cum sit impossibile cum priore, obligare non potest: atque adeo præceptum privatum non est: Immo hæc posterior promissio posset dici esse impeditiva majoris boni; impediret enim, si executioni mandaretur, illud prius, ad quod inveniris ex privato præcepto obligatus: sicuti enim si voveres, seu promitteres Religionem ingredi, contra præceptum charitatis subveniendi tuo patri extreme indigenti; non valeret promissio, quia hæc esset contra præceptum obligans; ita in casu nostro, quia promissio posterior pariter contra præceptum est, scilicet contra votum, jam, ut probatum est, obligans, nequaquam valet.

§. II. Materiam Voti oportet honestam esse, non indifferentem.

1. Bonam, honestamque debere esse votorum materiam inde constat, quia debet esse de re Deo grata: secus eam Deus acceptare non poterit: nam propterea potest esse etiam de re aliis præcepta. Ita S. Thom. 2. 2. quæst. 88. art. 2. Quid de re indifferenti, quæ est illa, cujus executio non magis est utilis ad vitam æternam, quam ejus privatio? Respondeo, neque illam Deus

acceptabit, ut potest ut sic incapacem divini cultus, & obsequij. Quamvis rem indifferentem, ut item venialiter malam, vovere putem nisi venialem, siquidem gravis esse injusta non videtur: nam rem graviter malam vovere, certum est esse duplex peccatum mortale: alterum contra virtutem oppositam: alterum contra Religionem; cum sit peculiaris Dei injuria velle voto firmare peccatum.

2. Ex his advertis, differentiam juramenti promissorii, quod homini fit, & voti, seu juramenti, quod fit Deo. Illud enim potest esse de re indifferenti, quia homo, cui sæpe placet, quod non est melius, rem indifferentem acceptat; hoc verò non ita, quia Deus non acceptat, nisi illud quod sibi gratum est, sui que cultus capax. Neque obstat, in juramento illo promissorio homini, invocari Deum, invocatur enim solum, ut testis, non acceptatur.

3. Duo hic explicationem postulant. Primò: An malus finis, vel indifferentis adjunctis à vovente materia bona illam vincit, irritetque votum. Secundo: An è contra bonus finis materiam indifferentem afficiens, illam voti capacem reddat.

Quoad Primum. Sint hæc duæ regulæ, ex Sanchez lib. 4. in Dec. 6. n. 11. Quoties finis, sive mortaliter, sive etiam venialiter malus, sive solum indifferentis, ita adiungitur à vovente materia promissæ, ut verà sit finis ipsius promissæ materiae (id quod fit, quando vovens intendit per illam rem, quam promittit, obtinere aliquod malum vel solum indifferentens) toties ultra peccatum, quod fortè invenitur in illa materia, votum est irritum. Ratio est, quia tunc res redditur mala ex illo pravo fine, atque adeo non acceptabilis. Sic esset, si quis voverit elemosynam dare pauperi, ut per illam pauper usuras exerceret, vel ut potens esset ad occidendum inimicum, & similia.

4. Regula secunda: Quoties finis malus additur ipsi voto, remanente re promissæ in sua bonitate, toties votum est validum; quia tunc materia ipsa bona est unde & Deo acceptatur: id autem tunc accidit, cum vovens non intendit ut ipsa res promissæ, sed solum ipso vovendi actu ad obtinendum finem malum, v. g. si quis voveat elemosynam pauperi oram multis, ut ij id audientes, vanam æstimationem recipiant de virtute voventis; valet votum, quia res promissæ nulla inficitur pravitate macula; & solum ipse vovendi actus ad finem illum malum dirigitur.

5. Una est sive exceptio, sive declaratio. Nam si ipsum votum emittitur, atque adeo ipse actus vovendi ordinatur, ut obtineatur à Deo malus quispiam finis, tunc quia hoc Deo gratum esse non potest, irritum erit, ut supra diximus; quare si voveret quis dare elemosynam, ut obtineret à Deo potius posse puella, vel inimicum occidere, &c. invalidè voveret. Idemque esset, si voveret elemosynam, ut obtineret à Deo vanam non hominum estimationem: in quo notes perverlim differentiam: nam modò n. 4. fuit validum votum factum ob vanam gloriam, quia votum non emissum ad illam à Deo obtinendam; sed solum comitanter ex actione vovendi, illam vanitatem qui aucupabatur: at nunc ipsum votum concipitur ad appetendum à Deo vanitatem illam, quæ ingrata prorsus Deo est, & quidem si res Deo mortaliter ingrata per votum exorari intendatur, peccabitur mortaliter: si venialiter ingrata, venialiter: qualis enim est finis, tale reddat votum, necesse est.

Ex dictis cum eodem l. c. Si quis voveat rem bonam v. g. jejunium, ut ex bello injusto incolumis evadat, ut ex concubina filium suscipiat, ut ex ludo illicito, sed non injusto lucrum reportet, lucrum scilicet, ad quod restituendum ex nulla lege sit obligatio, validè voverit; quia esse incolumem, habere prolem, lucrum illud retinere; mala nequaquam sunt, nam ideo licet de effectibus gratias Deo agere. Contra verò, si quis voveat, ut lucrum ex usuris, vel ludo injusto reportet, ut obtineat à Deo vires ad inimicum occidendum ut recuperet sanitatem

licitatem ad adulterandum; invalidè vovet, quia habere
licet in justum, pollere viribus ad occidendum, habere
licitatem ad adulterandum, mala sunt, Deoque ingiata.
Sic et Sanchez, sed Castro Palau's mihi hic magis
placet, ait enim, etiam in præcedenti casu non esse vali-
dum, quia, etiam in illo est votum de re bona le-
gitime vovetur, quia neque in illo est habenda prædicta, imbibit
potum illicitum, ut relatum ad habenda prædicta, imbibit
potum ad illam, sic, malum quid est.

mediorum ad illarum, in quo est validum ejusmodi.
Sed adhuc unus est casus, in quo est validum ejusmodi.
et vocatur, quando scilicet fit, non quidem ad habendum
ejus effectus ex illis mediis, verum illis effectibus jam
habitis, fiat propter gratitudinem ad agendas gratias Deo
et illis illis, incommutabile, lucro. Tunc enim ex una parte
non sunt mala ex se, & ex alia non intenduntur ha-
biti (jam enim sunt habita) pro pravo medio, à quo in
mediorum inficiantur.

cia precedente inebriantibus.
 6. Vnum denique adverte cum eodem loc. cit. malum
 quod apparet in ejusmodi votis, interdum non esse si-
 militer conditionem, nam tunc valet votum, v. g. si quis
 voveret Religionem, si suus colligans injustus licentiam in-
 ter, bonique illius injuste potiaur, illa injustitia colli-
 gantis non est huius votantis; patet, quia voventi mala
 illa, sed conditio, sensusque voti est: p-posito, quod
 illud malum mihi eveniet, Deo Religionem voveo. Si-
 mile quid evenit aliquid in voto pœnali; nam si quis
 illa vovet: Permitto ingredi Religionem, si adulterium
 commiserim, seu in penam quod commiserim, valide voveret
 quia sensus non est, quod ipse adulterium tanquam si
 non velle, sed in penam sui sceleris Religionem veli
 suscipere.

7. Quoad secundum. quid dicendum, & bonus finis
ingratæ matricæ indifferenti? Illamné voto aptam reddi-
tæ, & sic de ea constabit votum? Respondet, reddet
aptam in eo casu, quo aliquæ circumstantia facit, ut
indifferentis, grata Deo evadat, pertinetque ad ejus obli-
quum. Ingressi, v. g. vel non ingredi domum hænc, equi-
tatem, vel non equitare rusticari, vel non rusticari, res el-
indifferentes: si tibi ingressus, equitatio, rusticatio sit oc-
casio peccandi, non manet talis occasio, honestum tibi
gratumque Deo erit horum privatio. Quare si tuum vo-
tum ad bonum hoc ordinetur, valebit votum: nam si
non est ordinatur, remanens in sua indifferentia re-
pugnabit ei, nec voti capaces erunt. Pari modo
votum ad obtinenda bona temporalia, quia finis est in-
differentis, non valet: ad votum ad hæc obtinenda, ut illi
impeccatis Deo gratia reddantur, validum est, quia h-
finis honestissimus est: & certè cum Fideles voti propt-
terea præsumunt, non priori. Ita Sanchez. c. 7. n. 28.

et illud notandum, ut res indifferens, modo dicta
ex bono fiat bona, debere esse aptam ad talem ben-
eficentiam, ut i. d. eam recipiendam. Ponit exemplum
Sanchez ibid. n. 5. c. *num. 13.* in vovente non pre-
scindens, vel exercere ludum agitationis Taurorum
festo Sanctissimæ Virginis; hæc enim vota irrita ex-
sistunt, nec relaxatione indigent, quia vultus non pre-
scindens, & Taurum agitare, cum in Dei, vel Sand-
ini obsequium non cedant, materia est incapax be-
nificii.

9. Si quis voveret capita animalium non comedere in honorem Sancti Iohannis Baptistæ, vel vestibus quibusdam vestiri, vel non nere die Sabbati in honorem Virginis, & similia invalide voveret : quia hæc sunt vana & inutilia ad fines prædictos. At si propter aliquam circumstantiam hæc pertinerent ad aliquam virtutem, utque valerent vota de iisdem. Si quis enim multo alliceretur a cibo capitum animalis, si quis vestibus suis se per humilitatem continere inenderet, si de affectu nondum retardaretur, vel ab oratione, vel ab exercitiis spiritualibus valide ea vota conciperet : tunc hæc pertinerent ad virtutem abstinentiæ, humilitatis, & similia. Ipsum vestiri albo colore cedere in honorem Virginis, ut etiam vestiri colore ordinis alicuius Religionis, vere fore in obsequium sancti Fundatoris, com-

munitur homines prudentes existimant; nam propterea
vorum de hujusmodi vestibus induendis communiter va-
lere consero. Ita Sotus lib. 7. de just. q. 1. art. 3. circa secun-
dam conclus. favérque Azor. p. lib. 11. c. 14. q. 5.

Quando dubitatur de Bonitate finis Voti.

10. Denique illud est hic explicatu molestum, quid
sentendum, quando dubium est, qualis sit finis ipse
principalis, bonissime, mallos, an indifferens? Vt huc
difficultati faciam satis, recole, finem in voto esse posse
duplici modo. Primo, si quid, executione rei promissæ,
obtinere intendatur, verbi gratia, per jejunium intendit
quod obtinere, vel victoriam à tentatione prava, vel vin-
dictam à inimici, vel indifferentem corporis recreatio-
nem. Secundo, si quid non sit finis rei promissæ, sed
ipsius votantis, quod alij dicunt, esse finem ipsius voti
vbi quis promittat elemosinam non quidem, ut ac-
quirat mediante illa, vanam gloriam (hoc enim modo
esset finis rei promissæ) sed ut exerceat quidem actum
misericordie ad illo actu inten- tione vanè laudari à circum-
stantibus. Vides? Hic finis est ipsius votantis, ipsumque
afficit, non verò inficit actum elemosinæ, qui etiam tunc
est actus bonus, si scilicet vomitanter ex illo vana gloria
captari intenditur.

11. Iam verò communis doctrina est, in primo casu esse invalidum votum, si finis est malus, vel indifferens, quia tunc res promissa affecta illo fine, mala est, vel indifferens, unde materia voti esse non potest.

Contrà validum est in secundo casu; quia res promissa bona est, esto, illa comitans affectus sit malus malitia, vel veniali, vel mortali, juxta affectum ipsius. Oventis.

12. Non est igitur in hoc difficultas, ut supponimus,
esse nos certo de businodi finibus, sed implicata diffi-
cultas est, quando dubitamus. ut ergo clarè procedatur
distingue diligenter tria.

Vel enim primò agi potest, quando finis principalis est unicus, & certò malus, vel certò indifferens, dubitatur autem, an hic afficiat re promissam, an verò ipsam voventem?

Vel secundò, quando finis idem principalis, pari modo, in se unus certò afficit rem promissam, sed dubius est, an in se sit malus, vel indifferens, an potius sit bonus. Dico (afficit rem promissam) nam si afficit solum voluntatem, etiam si finis sit certò malus, nec solum dubium, sed etiam malum, vel dubie indifferens, jam diximus *n. 11.* validum esse votum.

Vel tertio, quando duo sunt fines, à quibus movetur principaliter vovens potuit, alter certo bonus, alter certe malus, vel certo indifferens, debet dubitatur à quoniam ipse motus ad vovendum fuerit, ab hoc, an ab illo? Petrus v. g. cetero vovit Visitationem Lauretane Virginis, si dubitat, motusne principaliter fuerit à pietate erga Sanctissimam Virginem, àn à mera curiositate, an ab invidioso amore puellæ inibi habitantis?

13. His distinctis. Dico primò, Sanchez *loc. cit.* n. 2. docere in primo casu valere votum, atque adeò obligare, quia certi sumus de voto, incerti de fine. Sed mihi videtur esse etiam probabile, nequaquam valere? c. Tancredi in *q. mor. tr. 3. d. 4. q. 14.* Ratio est, quia in nobis, an finis ille cadat in rem promissam, an potius ipsum voventem, seu votum, jam dybitatur, an votum habeat bonitatem, quæ de essentia voti, atque adeò, adit votum. At ad illud, quod dubito, num sit votum non obligor, quia nunc prævalet mea certa libertas contra votum dubium.

13. Dico secundò, cum eodem Sanchibid.c.26.n. in secundo casu non valet votum. Ratio est, quia tunc dubitatur de bonitate rei promissæ, & consequenter bitatur, an bona sit, an mala; At operari cum hoc du-
malum est.

Sed quid, si in hoc secundo casu dubitetur, an bona
an indifferens? Respondeo adhuc non valere, quia
casu hoc dubitatur, an Deus votum hoc acceptaverit.

dubitatur enim, an id habuerit essentiam voti, quæ est; esse de re bona.

15. Dico tertio, neque esse validum votum in tertio casu idque satis probabiliter; esto aliqui probabiliter etiam asserant, esse validum.

Ratio nostræ probabilis est eadem, quam modo attulimus; Si enim omnibus diligenter expensis (ut certè à te semper supponimus; hic, & in præcedentibus esse expendenda) manet dubium, an notus fueris ad votandum ex hoc bono, vel illo fine non bono, semper remanet dubitatio de constitutivo essentiali ipsius voti; ergo votum erit dubium, ergo non obligans, cum prævaleat certa libertas.

Dices, in hoc tertio casu sumus certi de voto, sed incerti, qualisnam finis fuerit adhibitus: ergo prævaleat votum. Ita sentire videtur Sanchez *loc. cit. cap. 7. n. 26*. Respondeo. Nego nos certos esse de voto, quavis per verba illa exterius fuerit explicatum: cum enim dubitemus, an ejusmodi promissio habeat bonitatem finis, de voti essentia, atque de ejus certitudine dubitamus; prævaleat ergo certa nostra libertas: nam verba illa solum materialiter se habent.

Replicas: Nemo præsumitur commisisse delictum, ergo, quando est dubium, an voveris v. g. Peregrinationem Lauretanam ex fine visendi amicam, vel visendi Sanctissimam Virginem; præsumeris vovisse ex posteriore hoc fine; nam secus, peccasses, dum vovisses illam peregrinationem instituire, ut turpem amorem foveres. Ita quis poterit ex illis Sanch. verbis, ibi (ut minus delictum præsumatur) argumntari.

Respondeo, nos loqui, quando, omni præsumptione conficta, & omnibus expensis circumstantiis, adhuc remanet res dubia. Cum enim dico, in foro conscientie votum esse æstimandum, si validum, quia non adest certè essentia voti. Esto igitur in foro exteriori non me urgere possis ad votum propter dictam, vel quascunque alias præsumptiones, at in interiori, cum verè nesciam qualiter finis, unde & nesciam, an commiserim delictum, necne, sum in eodem foro dubius de essentia voti: ergo illud exequendi nequaquam reus.

§. III. Materia Voti impeditiva majoris boni esse non debet.

1. **H**ujus generis tunc esse materiam Voti, cum impedit majus bonum, quod vovens actu habet, dixi per occasionem *supra*, §. 1. n. 6. Si quis ergo, dum est Religiosus strictæ regulæ, voveret Regulam laxiorem, certè nulliter voveret; quia Deo id quod meliorem bonitatem impedit, gratum esse non potest. Id quod satis fit in memoriam revocasse.

§. IV. Expenduntur quadam particularia Vota.

1. **P**otè, quia non raro negotium facessit dijudicare, an majus bonum emissum Votum impediatur, vel alia quadam peculiaria; ideo nonnulla vota, quæ in controversiam vocari solent, hic examini subjiciam, & manifestè decessam.

Votum non vovendi.

2. **V**otum non vovendi absolute nullum est: Ita Azor *p. 1. l. 11. c. 14. q. 6*. quia opponitur votorum emissioni, quæ Deo grata est. At votum non vovendi indiscretè, temerariè, sine consilio Confessarii, validum est; quia vovere cum tali cautela, honestate, & virtute prudentiæ sapit.

Non ludendi, & similia.

3. **V**ota non ludendi modestè, seu per Eutrapeliam non recreandi, cibis delicatis non utendi, valent communiter, procedunt enim ex amore mortificationis, & penitentiae, quæ melior est, quàm illa, quamvis honesta, recreatio. Ita Suar. *tom. 2. de Relig. lib. 2. de Voto, c. 8. n. 8. & c. 40. dnb. 5. n. 43*.

Dico (communiter) nam si ea recreatio, ludus, cibus, in

speciali casu essent animæ tuæ utiliora, Vota de abstinentia illis non valerent, quia tunc bonum Deo gratius impeditur. Ita Suar. *ibid. n. 9*.

Pari modo non valerent, si emitterentur ab uxore, v. g. ob mortificationem, quam profiteri velit ob mortem viri: licet enim illa abstinentia, vel indifferens est, vel potius vana, nec Deo grata, votum non ludendi, de fiat jactura rei familiaris, valet ex Sanchez *lib. 4. in decal. 7. n. 29. & merito*, quia actus virtutis est, nolle prodigere.

Contrahendi Matrimonium.

4. **V**otum absolutum contrahendi Matrimonium non valet, quia impedit celibatum, bonum, nimirum melius. Ita Suar. *l. c. c. 9. n. 2. Laym. lib. 4. tr. 4. c. 2. n. 12. Sanch. lib. 1. de matr. d. 1. c. 1. & in Dec. c. 8. n. 51. & 52. alique*. Votum contrahendi cum hac puella paupere, cum hac meretrice, &c. nec item valet, ex Suar. *d. c. 9. n. 8*. quia puellam esse pauperem non vincit majus bonum celibatus. Excipe, nisi forte matrimonium esset tibi necessarium ad vitandos tuos lapsus, vel esset necessarium ad prolem pro bono publico suscipiendam, vel ad ducendam puellam, quam data fide violasti? in his enim casibus urget præceptum quod servare melius est, quàm servare celibatum, quod est de consilio. Idem est, (ait Bonacina) si sub conditione sic voveris. Si quasi ducam, ducam meretricem, vel pauperem; Ratio est, quia quandoquidem celibatum non servas, melius est, majorisque charitatis opus illis per tuum matrimonium, auxilium impendere.

Non accipiendi Prælaturas, vel Sacerdotium.

5. **V**otum non accipiendi Prælaturas, sæcularesve dignitates, validum est, si recta fiat intentione. Ita D. Thom. *2. 2. q. 185. art. 1. & 2. alique*; licet enim primo aspectu videatur impedire majus bonum, nempe Episcopatum, v. g. quia est status perfectior eoque habet actu vovens; tamen propter humilitatem, mortificationem, & pericula debiti munus non exequendi, melior est ejus privatio. Hinc infert Suar. *l. c. 1. n. 10. fin.* Votum non suscipiendi ordines verum esse, quia ordinum susceptio non affert illud periculum; at votum non suscipiendi beneficium, aut quodcumque regimine animarum, ratum esse, quia in hoc voto dictum periculum adest. Sed certè puto etiam Votum non suscipiendi ordines validum fore, si finis sit humilitas, & reverentia, qualem respexit S. Franciscus, dum ad Sacerdotii gradum noluit ascendere. Qua ratione Superior possit nihilominus præcipere prædictis ejusmodi munera, vido *supra*, cap. 7. §. 3. n. 13.

Intervendi in perpetuum.

6. **V**otum interveniendi hospitali in perpetuum, quamvis te impediatur ab ingressu in Religionem, quod est melius bonum, validum est; quia *supra*, §. 1. *vers. ad primum*; vidimus non debere considerari in hac materia quodcumque majus bonum; sed illud, quod vovens habet actu, dum voveret: at certè melius est intervenire hospitali, quàm non intervenire, seu domi suæ cum libertate otia permanere.

Præstandi hoc, & non aliud.

7. **V**otum præstandi hoc determinatum opus, non verò aliud, valeat, necne? Si quis, v. g. Deo promittat hanc, & non aliam Religionem ingressurus, hanc anteorum decem elemosynam distributurum, & non aliam, Coronam Virginis non nisi flexis genibus recitaturum, validè promittit? Sanchez *lib. 4. in dec. cap. 8. num. 47*. asserit, validè promittere; quia licet hæc vota sint conditionalia, excludantque alia bona: quia tamen indirectè excludunt, sunt certè directè de bono honesto. Adde melius esse, hæc bona ex obligatione facere, quàm liberum esse in aliis, quæ fortè non fient, Castro *Pal. 1. 3. tr. 15. d. 1*.